



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. Vnicus, Quid sit salarium & quae munera recipi possint

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

protrahat, si in tempore comparitionis, Responsiones, defensiones, instrumentorum productiones non habeat: denique quidquid negligenter mala fide, consentiente procuratore in causa agitur, in procuratoris culpam & peccatum revolvitur teneturq; de omni damno quod infidelitate, malitia, vel negligentia sua, clienti vel parti injuste advenit.

TITVLVS XII.

De Salario et Munerum

Receptione.

Articulus Vnicus.

Quid sit Salarium & quæ munerâ recipi possint.

I. **S**alarium dicitur merces sive honorarium quod alicui præstatur ex iustitia ob laborem vel operam, derivatur vero nomen Salarium à sale, quia sicut sale condiuntur & conservantur cibi, sic operans salario conditur & conservatur. Varia vero salaria ministris iustitiæ obvenire solent, alia sunt jure publico assignata, &

hæc ita persolvi debent ex iustitia, ut nec absque iniustitia illis subtrahi, nec majora absque iniustitia, ipsi stante lege exigere possint. Alia Salaria consuetudine donantur & hæc, quamdiu consuetudo non est reprobata iusta reputari debent, & quamvis excedere viderentur, iuste tamen accipiuntur, quia consuetudo pro lege habetur & communi utentium sensu iustificatur.

2. Licet vero Judicibus extra Domicilium è propria civitate evocatis, & extraordinariis operibus in causæ agitatione, contra communem sortem vacantibus, expensas & sumptus necessarios & congruos accipere ultra salaria, communi jure designata, idem dicendum de Confiliariis, Advocatis, & Procuratoribus, quia illa non censentur venisse in considerationem legis, & quia de facto communem operam excedunt, iis amplius honorarium debetur, etiam præter expensas victus & itineris considerato labore ac opera quam impendunt. Item: Sportulæ quæ longa consuetudine in iudiciis peti aut dari consueverunt sine peccato accipi & expendi possunt.

sunt, quia illa per consuetudinem publicam & continuam justificantur.

3. Item munera quæ post totam litem decisam nonnunquam, in gratiarum actionem offeruntur, si non sint prius directe vel indirecte promissa sive prævisa, nec in pactum venerunt, possunt absq; conscientia læsione recipi, quia illa ut sic, non poterunt animum Judicis aut Ministrorum justitiæ movere ante sententiam, & consequenter nec judicium pervertere.

Alias munerum receptio à Ministris vel administratoribus justitiæ, semper reputata est iniqua aut suspecta, aut vilis. Ita communiter Scripturæ. Eccles. 20. Xenia & dona excæcant oculos judicum & quasi mutus in ore avertit correptiones eorum.

TITVLVS XIII.

De Scribis.

Articulus Vnicus.

De Scribarum Obligatione & Peccatis.

1. **S**cribæ dicuntur qui ex officio omnia judicialia acta, dicta, & inquisita de-

Q 5

scri-